

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Savanter Diöcese.

Inhalt: I. Die päpstliche Encyclica betreffend den Socialismus. II. Fragen für die Pastoral-Conferenzen im Jahre 1879. III. Fragen für die theologischen Elaborate im Jahre 1879. IV. Bestimmungen der Pfarrconcursprüfungen im Jahre 1879. V. Abholung der heil. Oele am Gründonnerstage. VI. Anzeige des Directorien- und Schematismen-Bedarfes und Vorlage des Seelenstandsausweises pro 1880. VII. Erneuerte Bewilligung zur Sammlung milder Gaben zum Behufe der Errichtung einer Cretin- und Idioten-Anstalt in Reinbach. VIII. Sammlungs-Bewilligung für die „Töchter der göttlichen Liebe“ in Wien. IX. Auskünfte betreff der von minderjährigen ungarischen Staatsangehörigen heizubringenden Nachweise behufs Zulassung der Ehegattung in Oesterreich. X. Anempfehlung der Biographie des ehrwürdigen Dieners Gottes Clemens Maria Hofbauer. XI. Anempfehlung des liturgischen Katechismus von Franz Joseph Battlagg. XII. Diöcesan-Nachrichten.

I.

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS
UNIVERSIS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE
HABENTIBUS.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod Apostolici muneris ratio a Nobis postulabat, iam inde a Pontificatus Nostri principio, Litteris encyclicis ad vos datis, Venerabiles Fratres, indicare haud praetermisimus lethiferam pestem, quae per artus intimos humanae societatis serpit, eamque in extremum discrimen adducit: simul etiam remedia efficacissima demonstravimus, quibus ad salutem revocari, et gravissima quae impendent pericula possit evadere. Sed ea quae tunc deploravimus mala usque adeo brevi increverunt, ut rursus ad vos verba convertere cogamur, Propheta velut auribus Nostris insonante: *Clama ne cesses, exalta quasi tuba vocem tuam*¹⁾. Nullo autem negotio intelligitis, Venerabiles Fratres, Nos de illa hominum secta loqui, qui diversis ac pene barbaris nominibus *Socialistae, Communistae* vel *Nihilistae* appellantur, quique per universum orbem diffusi, et iniquo inter se foedere arctissime colligati, non amplius ab occultorum conventuum tenebris praesidium quaerunt, sed palam fidenterque in lucem prodeuntes, quod iam pridem inierunt consilium cuiuslibet civilis societatis fundamenta convellendi, perficere adnituntur. Hi nimirum sunt, qui, prout divina testantur eloquia, *carnem quidem maculant, dominationem spernunt, maiestatem autem blasphemant*²⁾. Nihil, quod humanis divinisque legibus ad vitae incolumitatem et decus sapienter decretum est, intactum vel integrum relinquunt. Sublimioribus potestatibus, quibus, Apostolo monente, omnem animam decet esse subiectam, quaeque a Deo ius imperandi mutuuntur, obedientiam detrectant, et perfectam omnium hominum in iuribus et officiis praedicant aequalitatem. — Naturalem viri ac mulieris unionem, gentibus vel barbaris sacram, dehonestant; eiusque vinculum, quo domestica societas principaliter continetur, infirmant aut etiam libidini permittunt. — Praesentium tandem bonorum illecti cupiditate, quae *radix est omnium malorum et quam quidam appetentes erraverunt a fide*³⁾, ius proprietatis naturali lege sancitum impugnant; et per immane facinus, cum omnium

¹⁾ Is. LVIII, 1.

²⁾ Jud. Epis. v. 8.

³⁾ I. Tim. VI, 10.

hominum necessitatibus consulere et desideriis satisfacere videantur, quidquid aut legitimae hereditatis titulo, aut ingenii manuumque labore, aut victus parsimonia acquisitum est, rapere et commune habere contendunt. Atque haec quidem opinionum portenta in eorum conventibus publicant, libellis persuadent, ephemeridum nube in vulgus spargunt. Ex quo verenda Regum maiestas et imperium tantam seditiosae plebis subiit invidiam, ut nefarii proditores, omnis freni impatientes, non semel, brevi temporis intervallo, in ipsos regnorum Principes, impio ausu, arma converterint.

Haec autem perfidorum hominum audacia, quae civili consortio graviores in dies ruinas minitatur, et omnium animos sollicita trepidatione percellit, causam et originem ab iis venenatis doctrinis repetit, quae superioribus temporibus tamquam vitiosa semina medios inter populos diffusae, tam pestiferos suo tempore fructus dederunt. Probe enim nostis, Venerabiles Fratres, infensissimum bellum, quod in catholicam fidem inde a saeculo decimo sexto a Novatoribus commotum est, et quam maxime in dies hucusque invaluit, eo tendere ut, omni revelatione submota et quolibet supernaturali ordine subverso, solius rationis inventis, seu potius deliramentis, aditus pateret. Eiusmodi error, qui perperam a ratione sibi nomen usurpat, cum excellendi appetentiam naturaliter homini insertam pelliciat et acuat, omnisque generis cupiditatibus laxet habenas, sponte sua non modo plurimorum hominum mentes, sed civilem etiam societatem latissime pervasit. Hinc nova quadam impietate, ipsis vel ethnicis inaudita, respublicae constitutae sunt, nulla Dei et ordinis ab eo praestituti habita ratione: publicam auctoritatem nec principium, nec maiestatem, nec vim imperandi a Deo sumere dictitatum est, sed potius a populi multitudine: quae ab omni divina sanctione solutam se aestimans, iis solummodo legibus subesse passa est, quas ipsa ad libitum tulisset. — Supernaturalibus fidei veritatibus, tamquam rationi inimicis, impugnatis et reiectis, ipse humani generis Auctor ac Redemptor a studiorum Universitatibus, Lyceis et Gymnasiis, atque ab omni publica humanae vitae consuetudine sensim et paulatim exulare cogitur. — Futurae tandem aeternaeque vitae praemiis ac poenis oblivioni traditis, felicitatis ardens desiderium intra praesentis temporis spatium definitum est. — Hisce doctrinis longe lateque disseminatis, hac tanta cogitandi agendique licentia ubique parta, mirum non est quod infimae sortis homines, pauperculae domus vel officinae pertaesi, in aedes et fortunas ditiorum involare discupiant; mirum non est, quod nulla iam publicae privataeque vitae tranquillitas consistat, et ad extremam perniciem humanum genus iam pene devenerit.

Supremi autem Ecclesiae Pastores, quibus dominici gregis ab hostium insidiis tutandi munus incumbit, mature periculum avertere et fidelium saluti consulere studuerunt. Ut enim primum conflari coeperunt clandestinae societates, quarum sinu errorum, quos memoravimus, semina iam tum fovebantur, Romani Pontifices Clemens XII. et Benedictus XIV. impia sectarum consilia detegere et de pernicie, quae latenter instrueretur, totius orbis fideles admonere non praetermiserunt. Postquam vero ab iis qui philosophorum nomine gloriabantur, effrenis quaedam libertas homini attributa est, et ius novum, ut aiunt, contra naturalem divinamque legem confingi et sanciri coeptum est, fel. mem. Pius Papa VI. statim iniquam earum doctrinarum indolem et falsitatem publicis documentis ostendit; simulque apostolica providentia ruinas praedixit, ad quas plebs misere decepta raperetur. — Sed cum nihilominus nulla efficaci ratione cautum fuerit ne prava earum dogmata magis in dies populis persuaderentur, neve in publica regnorum scita evaderent, Pius PP. VII. et Leo PP. XII. occultas sectas anathemate damnarunt, atque iterum de periculo, quod ab illis impendebat, societatem admonuerunt. — Omnibus denique manifestum est quibus gravissimis verbis et quanta animi firmitate ac constantia gloriosus Decessor Noster Pius IX. f. m., sive allocutionibus habitis, sive Litteris encyclicis ad totius orbis Episcopos datis, tum contra iniqua sectarum conamina, tum nominatim contra iam ex ipsis erumpentem Socialismi pestem dimicaverit.

Dolendum autem est eos, quibus communis boni cura demandata est, impiorum hominum fraudibus circumventos et minis perterritos in Ecclesiam semper suspicioso vel etiam iniquo animo fuisse, non intelligentes sectarum conatus in irritum cessuros, si catholicae Ecclesiae doctrina, Romano-rumque Pontificum auctoritas, et penes principes et penes populos, debito semper in honore mansisset,

Ecclesia namque *Dei vivi*, quae *columna est et firmamentum veritatis*¹⁾, eas doctrinas et praecepta tradit, quibus societatis incolunitati et quieti apprime prospicitur, et nefasta Socialismi propago radicitus evellitur.

Quamquam enimvero Socialistae ipso Evangelio abutentes, ad male cautos facilius decipiendos, illud ad suam sententiam detorquere consueverint, tamen tanta est inter eorum prava dogmata et purissimam Christi doctrinam dissensio, ut nulla maior existat: *Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas lucis ad tenebras?*²⁾ Ii profecto dicitare non desinunt, ut innumus, omnes homines esse inter se natura aequales, ideoque contendunt nec maiestati honorem ac reverentiam, nec legibus, nisi forte ab ipsis ad placitum sancitis, obedientiam deberi. — Contra vero, ex Evangelicis documentis, ea est hominum aequalitas, ut omnes eandem naturam sortiti, ad eandem filiorum Dei celsissimam dignitatem vocentur, simulque ut uno eodemque fine omnibus praestituto, singuli secundum eandem legem iudicandi sint, poenas aut mercedem pro merito consecuturi. Inaequalitas tamen iuris et potestatis ab ipso naturae Auctore dimanat, *ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.*³⁾ Principum autem et subditorum animi mutuis officiis et iuribus, secundum catholicam doctrinam ac praecepta, ita devinciuntur, ut et imperandi temperetur libido, et obedientiae ratio facilis, firma et nobilissima efficiatur.

Sane Ecclesia subiectae multitudini Apostolicum praeceptum iugiter inculcat: *Non est potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt.* Atque iterum *necessitate subditos* esse iubet *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; et omnibus debita reddere, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.*⁴⁾ Siquidem qui creavit et gubernat omnia, provida sua sapientia disposuit, ut infima per media, media per summa ad suos quaeque fines perveniant. Sicut igitur in ipso regno caelesti Angelorum choros voluit esse distinctos aliosque aliis subiectos; sicut etiam in Ecclesia varios instituit ordinum gradus, officiorumque diversitatem, ut non omnes essent Apostoli, non omnes Doctores, non omnes Pastores;⁵⁾ ita etiam constituit in civili societate plures esse ordines, dignitate, iuribus, potestate diversos; quo scilicet civitas, quemadmodum Ecclesia, unum esset corpus, multa membra complectens, alia aliis nobiliora, sed cuncta sibi invicem necessaria et de communi bono sollicita.

At vero ut populorum rectores potestate sibi concessa in aedificationem et non in destructionem utantur, Ecclesia Christi opportunissime monet etiam Principibus supremi iudicis severitatem imminere; et divinae Sapientiae verba usurpans, Dei nomine omnibus inelamat: *Praebete aures vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum; quoniam data est a Domino potestas vobis et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur . . . Quoniam iudicium durissimum his qui praesunt fiet . . . Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam; quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.*⁶⁾ Si tamen quandoque contingat temere et ultra modum publicam a Principibus potestatem exerceri, catholicae Ecclesiae doctrina in eos insurgere proprio Marte non sinit, ne ordinis tranquillitas magis magisque turbetur, neve societas maius exinde detrimentum capiat. Cumque res eo devenerit ut nulla alia spes salutis affulgeat, docet christianae patientiae meritis et instantibus ad Deum precibus remedium esse maturandum. — Quod si legislatorum ac principum placita aliquid sanciverint aut iusserint quod divinae aut naturali legi repugnet, christiani nominis dignitas et officium atque Apostolica sententia suadent *obediendum esse magis Deo quam hominibus.*⁷⁾

¹⁾ I. Tim. III, 15.

²⁾ II. Cor. VI, 14.

³⁾ Ad. Eph. III, 15.

⁴⁾ Rom. XIII.

⁵⁾ I. Cor. XII.

⁶⁾ Sap. VI.

⁷⁾ Act. V, 29.

Salutarem porro Ecclesiae virtutem, quae in civilis societatis ordinatissimum regimen et conservationem redundat, ipsa etiam domestica societas, quae omnis civitatis et regni principium est, necessario sentit et experitur. Nostis enim, Venerabiles Fratres, rectam huius societatis rationem, secundum naturalis iuris necessitatem in indissolubili viri ac mulieris unione primo inniti, et mutuis parentes inter et filios, dominos ac servos officiis iuribusque compleri. Nostis etiam per Socialismi placita eam pene dissolvi; siquidem firmitate amissa, quae ex religioso coniugio in ipsam refunditur, necesse est ipsam patris in prolem potestatem, et prolis erga genitores officia maxime relaxari. Contra vero *honorabile in omnibus connubium*¹⁾, quod in ipso mundi exordio ad humanam speciem propagandam et conservandam Deus ipse instituit et inseparabile decrevit, firmitus etiam et sanctius Ecclesia docet evasisse per Christum, qui Sacramenti ei contulit dignitatem, et suae cum Ecclesia unionis formam voluit referre. Quapropter, Apostolo monente²⁾, sicut Christus caput est Ecclesiae, ita vir caput est mulieris; et quemadmodum Ecclesia subiecta est Christo, qui eam castissimo perpetuoque amore complectitur, ita et mulieres viris suis decet esse subiectas, ab ipsis vicissim fideli constantique affectu diligendas. — Similiter patriae atque herilis potestatis ita Ecclesia rationem moderatur, ut ad filios ac famulos in officio continendos valeat, nec tamen praeter modum exerescat. Secundum namque catholica documenta, in parentes et dominos caelestis Patris ac Domini dimanat auctoritas; quae idcirco ab ipso non solum originem ac vim sumit, sed etiam naturam et indolem necesse est mutuatur. Hinc liberos Apostolus hortatur *obedire parentibus suis in Domino, et honorare patrem suum et matrem suam, quod est mandatum primum in promissione*³⁾. Parentibus autem mandat: *Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini*⁴⁾. Rursus autem servis ac dominis per eundem Apostolum divinum praeceptum proponitur, ut illi quidem obediant *dominis carnalibus sicut Christo . . . cum bona voluntate servientes sicut Domino*: isti autem *remittant minas, scientes quia omnium Dominus est in caelis et personarum acceptio non est apud Deum*.⁵⁾ — Quae quidem omnia si secundum voluntatis divinae placitum diligenter a singulis, ad quos pertinet, servarentur, quaelibet profecto familia caelestis domus imaginem quamdam praeseferret, et praeclara exinde beneficia parta, non intra domesticos tantum parietes sese continerent, sed in ipsas respublikas uberrime dimanarent.

Publicae autem ac domesticae tranquillitati catholica sapientia naturalis divinaeque legis praeceptis suffulta, consultissime providit etiam per ea quae sentit ac docet de iure dominii et partitione bonorum quae ad vitae necessitatem et utilitatem sunt comparata. Cum enim Socialistae ius proprietatis tamquam humanum inventum, naturali hominum aequalitati repugnans traducant, et communionem bonorum affectantes, pauperiem haud aequo animo esse perferendam, et ditiorum possessiones ac iura impune violari posse arbitrentur; Ecclesia multo satius et utilius inaequalitatem inter homines, corporis ingeniique viribus naturaliter diversos, etiam in bonis possidendis agnoscit, et ius proprietatis ac dominii, ab ipsa natura profectum, intactum cuilibet et inviolatum esse iubet: novit enim furtum ac rapinam a Deo, omnis iuris auctore ac vindice, ita fuisse prohibita, ut aliena vel concupiscere non liceat, furesque et raptos, non secus ac adulteri et idololatrae, a caelesti regno excludantur. — Nec tamen idcirco pauperum curam negligit, aut ipsorum necessitatibus consulere pia mater praetermittit: quin imo materno illos complectens affectu, et probe noscens eos gerere ipsius Christi personam, qui sibi praestitum beneficium putat, quod vel in minimum pauperem a quopiam fuerit collatum, magno illos habet in honore; omni qua potest ope sublevat; domos atque hospitia iis excipiendis, alendis, et curandis ubique terrarum curat erigenda, eaque in suam recipit tutelam. Gravissimo divites urget praecepto, ut quod superest pauperibus tribuant; eosque divino terret iudicio, quo, nisi egenorum inopiae succurrant, aeternis sint suppliciiis mulctandi. Tandem pauperum animos maxime

¹⁾ Hebr. XIII.

²⁾ Ad Eph. V.

³⁾ Ad Eph. VI, 1-2.

⁴⁾ Ibid. v. 4.

⁵⁾ Ibid. vv. 5, 6, 7.

recreat ac solatur, sive exemplum Christi obiiciens, qui *cum esset dives propter nos egenus factus est*; ¹⁾ sive eiusdem verba recolens, quibus pauperes beatos edixit et aeternae beatitudinis praemia sperare iussit. — Quis autem non videat optimam hanc esse vetustissimi inter pauperes et divites dissidii componendi rationem? Sicut enim ipsa rerum factorumque evidentia demonstrat, ea ratione reiecta aut posthabita, alterutrum contingat necesse est, ut vel maxima humani generis pars in turpissimam mancipiorum conditionem relabatur, quae diu penes ethnicos obtinuit; aut humana societas continuis sit agitanda motibus, rapinis ac latrociniiis funestanda, prout recentibus etiam temporibus contigisse dolemus.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, Nos, quibus modo totius Ecclesiae regimen incumbit, sicut a Pontificatus exordiis populis ac Principibus dira tempestate iactatis portum commonstravimus quo se tutissime reciperent; ita nunc extremo, quod instat, periculo commoti Apostolicam vocem ad eos rursus attollimus; eosque per propriam ipsorum ac reipublicae salutem iterum iterumque precamur, obtestantes, ut Ecclesiam, de publica regnorum prosperitate tam egregie meritam, magistram recipiant et audiant; planeque sentiant, rationes regni et religionis ita esse coniunctas, ut quantum de hac detrahatur, tantum de subditorum officio et de imperii maiestate decedat. Et cum ad Socialismi pestem avertendam tantam Ecclesiae Christi virtutem noverint inesse, quanta nec humanis legibus inest, nec magistratum cohibitionibus, nec militum armis, ipsam Ecclesiam in eam tandem conditionem libertatemque restituant, qua saluberrimam vim suam in totius humanae societatis commodum possit exercere.

Vos autem, Venerabiles Fratres, qui ingruentium malorum originem et indolem perspectam habetis, in id toto animi nisu ac contentione incumbite, ut catholica doctrina in omnium animos inse-ratur atque alte descendat. Satagite ut vel a teneris annis omnes assuescant Deum filiali amore complecti, ejusque numen vereri; Principum legumque majestati obsequium praestare; a cupiditatibus temperare, et ordinem, quem Deus sive in civili sive in domestica societate constituit, diligenter custodire. Insuper adlaboretis oportet ut Ecclesiae catholicae filii neque nomen dare, neque abominatae sectae favere ulla ratione audeant: quin imo, per egregia facinora et honestam in omnibus agendi rationem ostendant, quam bene feliciterque humana consisteret societas, si singula membra recte factis et virtutibus praefulgerent. — Tandem cum Socialismi sectatores ex hominum genere potissimum quaerantur qui artes exercent vel operas locant, quique laborum forte pertaesi divitiarum spe ac bonorum promissione facillime alliciantur, opportunum videtur artificum atque opificum societates fovere, quae sub religionis tutela constitutae omnes socios sua sorte contentos operumque patientes efficiant, et ad quietam ac tranquillam vitam agendam inducant.

Nostris autem vestrisque coeptis, Venerabiles Fratres, Ille aspiret, cui omnis boni principium et exitum acceptum referre cogimur. — Caeterum in spem praesentissimi auxilii ipsa Nos horum dierum erigit ratio, quibus Domini Natalis dies anniversaria celebritate recolitur. Quam enim Christus nascens senescenti iam mundo et in malorum extrema pene dilapso novam intulit salutem, eam nos quoque sperare iubet; pacemque, quam tunc per Angelos hominibus nuntiavit, nobis etiam se daturum promisit. Neque enim *abbreviata est manus Domini ut salvare nequeat neque aggravata est auris ejus ut non exaudiat*. ²⁾ His igitur auspiciatissimis diebus, Vobis, Venerabiles Fratres, et fidelibus Ecclesiarumstrarum fausta omnia ac laeta ominantes, bonorum omnium Datorem enixe precamur, ut rursus *hominibus appareat benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei* ³⁾, qui nos ab infensissimi hostis potestate ereptos in nobilissimam filiorum transtulit dignitatem. — Atque ut citius ac plenius voti compotes simus, fervidas ad Deum preces et ipsi Nobiscum adhibete, Venerabiles Fratres; et B. Virginis Mariae ab origine Immacolatae, ejusque Sponsi Josephi ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum suffragiis maxime confidimus, patrocinium interponite. — Interim autem divinorum

¹⁾ II. Cor VIII, 9.

²⁾ Is. LIX, 1.

³⁾ Tit. III, 4.

munerum auspiciis Apostolicam Benedictionem, intimo cordis affectu, Vobis, Venerabiles Fratres, vestroque Clero ac fidelibus populis universis in Domino impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die 28. Decembris 1878.

Pontificatus Nostri Anno Primo.

LEO PP. XIII.

II.

Im Laufe des Jahres 1879 haben die Pastoral-Conferenzen in der vorgeschriebenen und bisher üblichen Weise unter Vorsitz und Leitung des Herrn Dechantes des Conferenz-Ortes an den nachfolgenden Stationen abgehalten zu werden:

1. Zu Altenmarkt, für die Dekanate: Altenmarkt und Schallthal;
2. Zu Gilli, für die Dekanate: Gilli, Neutkirchen und Tüffer;
3. Zu Drahenburg, für dieses Dekanat;
4. Zu Fraßlau, für dieses Dekanat;
5. Zu St. Georgen a. d. Stainz, für dieses Dekanat;
6. Zu Gonobiz, für dieses Dekanat;
7. Zu Röttsch, für die Dekanate: Draufeld und Marburg N. D. U.;
8. Zu St. Leonhard in W. B., für dieses Dekanat;
9. Zu Oberburg, für dieses Dekanat;
10. Zu Pettau, für die Dekanate: Pettau, Großsonntag und Sauritsch;
11. Zu Mann, für dieses Dekanat;
12. Zu St. Marein, für die Dekanate: St. Marein und Rohitsch;
13. Zu Mahrenberg, für die Dekanate: Mahrenberg und Saldenhofen;
14. Zu Unterpulsgau, für das Dekanat: Windischfeistritz;
15. Zu Marburg, für die Dekanate: Marburg S. D. U. und Zaring.

In Marburg wird die Konferenz in der fürstbischöflichen Residenz am 2. October stattfinden, für jede der anderen Stationen hat der Dechant des Konferenz-Ortes den Tag zu bestimmen und solchen rechtzeitig den betreffenden Seelsorgern bekannt zu geben, so wie unter Einem auch dem Ordinariate anzuzeigen; jedoch wird bemerkt, daß die Konferenzen in dem Zeitraume vom 1. Mai bis Ende Juli abzuhalten und die bezüglichen Protokolle bis Ende August dem Ordinariate in Vorlage zu bringen sind.

Der Gegenstand der Besprechungen bilden folgende Conferenzfragen:

1.

Es sind die kirchlichen Vorschriften zusammenzustellen, welche die Anlage katholischer Friedhöfe, die Bedingungen ihrer Einweihung, Benützung und Entweihung, das Eigenthumsrecht und die Instandhaltung derselben, sowie endlich die Abhaltung von Leichenreden auf denselben betreffen; — sodann sind die derzeit bestehenden staatlichen Verordnungen anzuführen, insoweit sie einzelne der voranstehenden Fragepunkte berühren; — endlich ist anzugeben, wie sich der Seelsorger zu benehmen habe, wenn bei Beerdigungen Anforderungen an ihn gestellt werden, welche kirchlich unzulässig sind, oder wenn von irgend einer Seite ohne sein Wissen oder wenigstens wider seinen Willen ein Mißbrauch mit dem katholischen Friedhofe gemacht wird?

2.

Einen wesentlichen Bestandtheil des Pfründen= Einkommens bildet in unserer Diözese das Erträgniß der pfründlichen Weingärten, so wie auch viele Kirchen mehr oder minder mit Weingärten dotirt sind.

Es liegt also gewieß sehr viel daran, daß sich dieselben im möglichst guten Zustande befinden.

Sind bezüglich der Pfründen= und Kirchen=Weingärten ähnliche Vorschriften nothwendig, wie sie Betreffs der Pfründen= und Kirchen=Waldungen bereits bestehen?

Es ist zu berathen und sind Vorschläge darüber zu machen, und zwar:

1. Wie jeder Deteriorirung der Pfründen= und Kirchen=Weingärten vorzubeugen, und wie eine solche, wenn sie leider irgendwo eingetreten ist, wieder wirksamst zu heben wäre? — zumal bei der Vafatur einer Pfründe?

2. Welche Controllen wären angezeigt, um die recht zweckmäßige, den Ertrag erhöhende Bearbeitung der Pfründen- und Kirchen-Weingärten zu sichern?

Auch ist anzugeben, ob irgendwo ein Pfründen- oder Kirchen-Weingarten verpachtet sei?

III.

Im Jahre 1879 sind von den zur Ausarbeitung verpflichteten Diözesanpriestern nachstehende theologische Fragen schriftlich zu beantworten:

1.

Quae est doctrina Ecclesiae catholicae de libero arbitrio hominis relate ad gratiam divinam? Probetur haec doctrina argumentis ex ratione et revelatione desumptis.

2.

Quid est tenendum presbytero catholico de ritibus ab Ecclesia in administratione sacramentorum generatim praescriptis, et speciatim de s. d. rubricis circa oblationem sacrificii s. missae?

Quomodo obligant in conscientia?

3.

Quando et quare matrimonium ratum, nondum consummatum, dirimi potest?

4.

Mit Zugrundelegung des Textes Lucas Cap. VIII. Vers. 15 (Dominica Sexagesima) ist über das Thema: „Nur der in Liebe thätige, fruchtbringende Glaube hat Werth und Verdienst vor Gott“ eine zweiteilige Predigt zu skizziren. Nur der Eingang ist vollständig auszuarbeiten.

Die Eintheilung bleibt dem freien Ermessen jedes Elaboranten anheimgestellt.

Die Predigt-Skizze kann in deutscher oder slovenischer Sprache geliefert werden. Die übrigen Fragen sind ausnahmslos in der Sprache, in welcher sie gestellt sind, zu beantworten.

Bemerkt wird wiederholt, daß die Ausarbeitungen rechtzeitig vorzulegen seien, und daß nur die ausdrücklichen, für die Diöcese Lavant erlassenen Ordinariats-Bestimmungen über die Befreiung von der Ausarbeitung zu gelten haben.

IV.

Die allgemeine Pfarrconcurs-Prüfung wird auch im laufenden Jahre in der fürstbischöflichen Residenz zu Marburg abgehalten werden, und zwar am 6. 7. und 8. Mai und am 2. 3. und 4. September. Die Gesuche um Zulassung zur Concursprüfung sind durch das betreffende F. B. Dekanalamt wenigstens 14 Tage früher anher einzusenden.

V.

Die Abholung der heil. Oele hat, wie alljährlich am Gründonnerstage in der F. B. Ordinariatskanzlei allhier zu geschehen. Für die Reinigung der Delgefäße ist die erforderliche Sorgfalt zu tragen.

VI.

Der Directorien- und Schematismen-Bedarf pro 1880 ist von den F. B. Dekanalämtern bis letzten Juli anzuzeigen und zugleich der Ausweis über die Seelenzahl der unterstehenden Kuratstationen in Vorlage zu bringen.

VII.

Die Hochlöbliche k. k. Statthalterei hat laut Mittheilung ddo. 31. Dezember 1878 Zahl 17.444, die der Congregation der Barmherzigen Brüder mit Erlaß vom 10. August 1878, Zahl 9711 erteilte Sammlungsbewilligung unter den gleichen Modalitäten auf ein halbes Jahr, d. i. bis 1. Juli 1879 verlängert.

Hievon werden die hochwürdigsten Herren Seelsorger mit Bezugnahme auf den im kirchlichen Verordnungsblatte III. de ann. 1878, Absatz VI enthaltenen Ordinariats-Erlaß in die Kenntniß gesetzt.

VIII.

Die Hochlöbliche k. k. Statthaltereidirektion hat über Einschreiten der Gesellschaft „der Töchter der göttlichen Liebe“ in Wien derselben unterm 25. Jänner, Nr. 1104 die Bewilligung erteilt, zu Gunsten der unter dem Protectorate Ihrer Majestät der Kaiserin stehenden Marien-Anstalt in Wien und Pest für arme Waisen und Dienstmädchen, so wie des Zufluchthauses zum heiligen Josef in Breitenfurt für alte dienstuntaugliche Frauenspersonen und arme in Rekonvaleszenz befindliche Dienstmädchen durch sechs Monate im Kronlande Steiermark milde Beiträge bei Wohlthätern sammeln zu dürfen. Hievon wird der hochwürdige Diözesanclerus mit dem Beifügen in Kenntniß gesetzt, daß die mit der Sammlung betrauten Mitglieder angewiesen worden seien, sich bei den Vorständen der politischen Bezirksbehörden behufs Einholung des Visums in das Sammelregister zu melden.

IX.

Dem Herrn k. k. Statthalter von Steiermark hat laut der dem Ordinariate unterm 22. Jänner l. J. Nr. 917 gemachten Mittheilung der Herr k. k. Minister für Cultus und Unterricht unterm 28. November 1878 Nr. 18.104 das Nachfolgende eröffnet:

„In Folge einer vorgekommenen Anfrage in Betreff der Nachweise, die von minderjährigen ungarischen Staatsangehörigen behufs Zulassung zur Eheschließung in Oesterreich beizubringen sind, wurden im Wege des k. k. Justizministeriums Aufklärungen über den Stand der diesfälligen ungarischen Legislative bei dem königlichen ungarischen Justizministerium eingeholt.

Nach diesen Auskünften ist zur Ausstellung rechtsgiltiger Zeugnisse über die Zulässigkeit der durch ungarische Staatsangehörige im Auslande abzuschließenden Ehen, beziehungsweise zur Ausstellung der durch das Hofdekret vom 22. Dezember 1814 Nr. 1118 J. G. S. geforderten Zeugnisse über die persönliche Fähigkeit zur Eingehung einer gültigen Ehe, ausschließlich das k. ungarische Ministerium für Cultus und Unterricht berufen (Verordnung des k. ungarischen Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 19. Oktober 1876 Bl. 24.077).

In derartigen Zeugnissen wird sowohl die persönliche Fähigkeit des ungarischen Staatsbürgers, welcher im Auslande eine auch in Ungarn gültige Ehe eingehen will, wie auch der Umstand bestätigt, ob der Betreffende dem §. 44 des ungarischen Wehrgesetzes (G. N. XI. vom Jahre 1868) entsprechend, eine Ehe einzugehen berechtigt ist.

Die Einrichtung des politischen Ehekonsenses besteht in Ungarn nicht.

Belangend speziell die Frage, in welchen Fällen nach ungarischem Rechte ein Minderjähriger, welcher sich verhehelichen will, der Zustimmung seines gesetzlichen Vertreters und der Bewilligung der Vormundschaftsbehörde bedarf, dann, welche Behörde zur Ertheilung dieser Bewilligung berufen sei, wurde seitens des k. ungarischen Justizministeriums Folgendes eröffnet:

Minderjährige, welche eine Ehe zu schließen beabsichtigen, bedürfen hiezu im Allgemeinen, sowohl der Zustimmung der Vormundschaft, wie auch der Genehmigung der Vormundschaftsbehörde, wenn dießbezüglich zwischen der Vormundschaft und den Eltern, beziehungsweise zwischen den Verwandten und dem Minderjährigen eine Verständigung nicht zu Stande kommt; ferner hat der Vormund die Genehmigung der Vormundschaftsbehörde zu erbitten, wenn ein minderjähriger Jüngling, welcher das 18. Jahr, wie auch, wenn ein minderjähriges Mädchen, welches das 16. Jahr noch nicht zurückgelegt hat, eine Ehe eingehen will, bezüglich eines durch Minderjährige abzuschließenden Ehepactes hat der Vormund die Genehmigung der Vormundschaftsbehörde in jedem Falle zu erbitten. (Videatur P. 5 des §. 113 G. N. XX. vom Jahre 1877).

Laut §. 147 des soeben bezogenen Gesetzartikels macht die Einwilligung der Anverwandten die vormundschaftsbehördliche Genehmigung entbehrlich, wenn ein unter Vormundschaft oder Curatel stehender Jüngling über 18 Jahre oder ein Mädchen über 16 Jahre eine Ehe eingehen.

Ebenso ist die vormundschaftsbehördliche Genehmigung beim Bestande eines Familienrathes in dem Falle entbehrlich, wenn ein unter Vormundschaft oder Curatel stehender Jüngling über 18 Jahre oder ein Mädchen

über 16 Jahre eine Ehe eingehen wollen, da laut §. 155 des G. N. XX. vom Jahre 1877 der Vormund oder Tutor und der Präsident des Familienrathes diesbezüglich zu verfügen berechtigt sind.

Die Agenden der Vormundschaftsbehörde werden nach §. 176 des bezogenen Gesetz-Artikels in erster Instanz durch die Waisenkühe der Municipien und der Städte mit geordnetem Magistrate und a u s n a h m s w e i s e, durch die der Gemeinden ausgeübt.

Diese ausnahmsweise Berechtigung zur Ausübung der vormundschaftsbehördlichen Agenden, wird einzelnen hiezu geeignet erkannten Gemeinden vom k. ungarischen Ministerium des Innern verliehen.

Ueber Rekurse gegen die Beschlüsse der Waisenkühe der Municipien und der Städte mit geordnetem Magistrate entscheidet in zweiter und dritter Instanz der municipale Verwaltungs-Ausschuß und respective das Ministerium des Innern, bezüglich der Beschlüsse der als Vormundschaftsbehörde fungirenden Gemeinden, ist in zweiter Instanz der municipale Waisenkühe und in dritter der municipale Verwaltungs-Ausschuß zur Entscheidung berufen.“ —

Hievon werden die F. B. Pfarr- (Kuratial-) Aemter zur Darnachachtung in vorkommenden Fällen in Kenntniß gesetzt, und erinnert, daß sie die persönliche Fähigkeit ungarischer Staatsbürger zur Eheschließung auf Grund der beizubringenden Ausweise auf das Genaueste zu prüfen, sich jede Beschränkung dieser Fähigkeit, gleichviel ob sie auf Satzungen des bürgerlichen Rechtes oder auf Bestimmungen politischer, polizeilicher, militärischer, überhaupt öffentlich rechtlicher Natur beruht, strenge gegenwärtig zu halten und im Falle des Vorhandenseins einer solchen Beschränkung ihre Mitwirkung unbedingt und zwar sowohl dann, wenn das ungarische Gesetz den Eheschleier immerwährend oder zeitlich zur Eheschließung überhaupt unfähig erkennt, als auch dann, wenn es nur die Eingehung der Ehe mit einer bestimmten Person verwehrt, zu versagen haben.

Weiters werden die Pfarr- (Kuratial-) Aemter besonders darauf aufmerksam gemacht, daß in den Fällen, wo die von minderjährigen ungarischen Nupturienten beigebrachten vormundschaftlichen Bewilligungen von Gemeinden ausgestellt sind, stets noch die Einbringung des Nachweises zu fordern sein wird, daß der betreffenden Gemeinde die bezügliche ausnahmsweise Berechtigung durch das k. ungarische Ministerium des Innern zuerkannt worden ist.

X.

Die Redemptoristen-Congregation hat eine ausführliche Lebensbeschreibung (Gr. 8° S. 523) ihres Mitgliedes, des ehrwürdigen Dieners Gottes, Klemens Maria Hofbauer, dessen Seligsprechungsproceß eben im Gange ist, herausgegeben. Weil der genannte Diener Gottes in Oesterreich (in Mähren) geboren wurde, und seine Berufung zum Priester- und Ordensstande so lehrreich ist, weil er auch zumeist in Oesterreich, und namentlich in Wien, unter Verhältnissen, wie sie für den Weltpriester nicht belehrender sein können, gewirkt hat und eben dort im J. 1820 im Rufe der Heiligkeit gestorben ist, weil sein Umgang und sein Einfluß viele jener hervorragenden Männer, Priester und Laien herangebildet hat, welche an der Regenerirung der kath. Kirche in Oesterreich mit so ausgezeichnetem Erfolge gearbeitet haben, weil aus eben diesem Grunde diese Biographie ein sehr anziehendes Zeitgemälde der kirchl. Zustände in Oesterreich und Deutschland in den ersten Dezenien unseres Jahrhunderts bietet, weil endlich der Reinertrag des Werthes zur Bestreitung der nicht unbedeutenden Kosten des Seligsprechungsprocesses gewidmet ist, so wird dasselbe dem Wohllehw. Diöcesanklerus bestens empfohlen. Es erschien nicht im Buchhandel, sondern kann nur direkt — am einfachsten mittels Correspondenzkarte gegen Persolvirung von 5 hl. Messen — oder gegen Postnachnahme von 2 fl. 50 kr. — bei der Vorstehung des Redemptoristen-Hauses zu Kezelsdorf (Post Zwittau) in Mähren bestellt werden.

XI.

Die Reformbedürftigkeit der Kirchenmusik und des Kirchengesanges wird allgemein anerkannt. Den Herren Seelsorgern, die sich hiefür interessiren, wird anempfohlen der „lithurgische Katechismus in Fragen und Antworten, für Chorregenten, Chorgesangschulen und Volksschulen“. Bearbeitet vom (Weltpriester) Herrn Franz Josef Battlog, dem rühmlich bekannten Redacteur der Zeitschrift für Kirchenmusik, genannt der „Kirchenchor“. Der Katechismus kostet 20 kr., und ist zu beziehen in der Vereinsdruckerei zu Graz.

XII.

Diözesan-Nachrichten.

Seine kaisl. und königl. apost. Majestät haben mit allerhöchster Entschliessung vom 12. Febr. l. J. den Titel Herrn Martin Kovačič, F. B. geistl. Rath, Professor an der theol. Diözesan-Lehranstalt und Subdirektor im Priesterhause allhier, zum Domherrn am Lavanter-Kathedralkapitel in Marburg allergnädigst zu ernennen geruht.

Pfarrprüfunden wurden verliehen den Herren: Franz Walter, jene zu St. Peter und Paul in Reichenberg; Anton Morčnik, die zu St. Aegid in W. B.; Johann Einsiedler die zu St. Magdalena in Trennenberg, und Anton Merkuš, jene zu St. Michael in Schilttern.

Herr Franz Klavžer, Pfarrer zu St. Agyb unter Turjak, wurde zum Mitprovisor der Pfarre St. Veit bei Waldegg und Herr Josef Zadravec, als Provisor zu St. Oswald im Drauwalde bestellt, und P. Benedikt Hertiš als provisor. Pfarrvikar zu St. Veit bei Pettau jurisdiktionirt.

Der theol. Professor Herr Dr. Johann Krizanič, wurde als Sub-Direktor im hiesigen Priesterhause und der Doktorand der Theologie und Sub-Regens im Knabenseminar, Herr Johann Mlaker zum provisor. Professor der Dogmatik an der hiesigen theolog. Lehranstalt bestellt.

Uebersetzt wurden die Herren Kapläne: Mathias Frece nach Laporje; P. Dominikus Grobelnik nach hl. Dreifaltigkeit bei Pichteneč; P. Ernest Čuček nach St. Veit bei Pettau; Johann Ev. Simonič als I. nach Luttenberg; Franz Pignar nach Jaring und Jakob Počnik nach Schleinitz bei Marburg.

Herr Franz Kalin, Pfarrer zu Reichenburg trat in den Ruhestand.

Gestorben sind: der Defizientpriester Herr Josef Noter am 11. Jänner; der pens. Pfarrer von St. Andrá in W. B. Herr Martin Črnivec am 23. Februar und der Pfarrer zu Gams, Herr Stefan Pernavsl am 15. März.

Ausgeschriben sind: Die Pfarrprüfunde St. Veit bei Waldegg und die Kuratialsprüfunde St. Oswald im Drauwalde bis zum 19. März; die Kuratialsprüfunden St. Lambert in Skomern und St. Barthlmä in Rothwein bis zum 1. April; die Pfarrprüfunde St. Barthlmä in Sibika bis zum 9. April und die Pfarrprüfunde zu Gams bis zum 28. April l. J.

J. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 17. März 1879.

Jakob Maximilian,
Fürstbischof.